

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nuclei evangelici pars festivalis**

**Trautmann, Samuel**

**Wittebergae, 1664**

Oraculum sacrum LI.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. Si omnes & totos. Si rotos, & interiores & exteriores, i.e. *tam animas quam corpora*, ut unus quisq; reportet per corpus, secundum quæ gessit bonum sive malum. Hoc tam quomodo legas quæro quasi turbatè cum am peæ hyperbaton struxit, utrumne quæ per corpus reportanda erunt, an quæ per corpora gesta sunt. Sed & si quæ per corpus reportanda sūt *corporalis indubitato resurrectio erit*, & si quæ per corpus gesta sunt, per corpus utiq; pensanda sunt, per quod ea gesta sunt, *Idem loc. cit. cap. X.*

## ORACULUM SACRUM LI.

*1. Timoth. I. 15.*

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Πιστός ὁ λόγος καὶ πάσης ἀναδοχῆς ἀξιόπιστος, οὗ χειρὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἀμαρτωλῶς σῶσαι, ὧν πρῶτός ἐμι εἶμι.

*Versio Vulgata.*

Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quod Christus JESUS venit in mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum.

*Da a*

*Ver*

Versio B. LUTHERI.

Das ist gewislich war und ein teures  
wehrtes Wort/ das Christus Jesus  
kommen ist in die Welt/ die Sünd-  
selig zu machen/ unter welchen ich der  
fürnehmste bin.

N O T Æ.

I. Hoc oraculum officium Christi media-  
torium graphicè delineat: ipsius *Οὐρανὸς*  
*πατρὸς* erg peccatores penitentes maxumoperè  
commendat, in afflictis mentibus svavissimum  
solamen instillat, & maximam habet cogna-  
tionem cum modo enucleato oraculo Salva-  
toris ideo illud antecedenti meritò ad ponere  
evolui.

II. Per *λόγος* heic non intelligitur do-  
ctrina legis, quàm Apostolus supra pluribus  
descripserat, sed doctrina Evangelii, quæ est  
aqua quietum i. e. quieta & leniter fluens Ps.  
XXIII, 2. & h. l. *λόγος* *πνεύματος* ab Apostolo ad-  
pellatur.

III. Vocabulum autem *πνεύματος* quadruplicem  
obinet significationem.

I. Notat *ῥόσημον* cognitum, quò Paulus  
vult inhuere DEum non traditiones humanas  
sed hunc solum sermonem pro suo verbo vel  
ic.



le agnoscere & ratum habere, quæ phrasîs A-  
postolo frequens est. Vide 1. Tim. III, 1. c. IV, 9.  
Tim. II, 11. Tit. III, 8. & hunc primum hujus  
vocabuli significatum nota contra Pontificios  
existimantes traditiones pari pietatis affectu &  
reuerentia cum scriptura sacra suscipiendas &  
pro certissimo DEi verba esse habendas. Hinc

Sotus Adtert. Cathol. de Ecclesia ita scribit :  
Secundum traditiones. Scriptura sacra interpre-  
tanda est. Item : Traditio est antiquior & effica-  
cior scripturâ sacrâ.

2. Vocabulum  $\pi\sigma\sigma\acute{o}s$  significat ἀσφαλὲς, fir-  
mum, securum, cui certò sine aliquâ hæsitatio-  
ne homo potest inniti inq; eo securè adqvies-  
cere, contra eorundem dubitationem.

3.  $\pi\sigma\sigma\acute{o}s$  quoq; notat pignus, quò Apostolus  
significare voluit Evangelium non tantum pro  
simplici DEi verbo, verum etiam pro pignore  
divinæ erga nos benevolentia esse habendum  
contra eosdem. Quibus succenturiantur Cal-  
viniani existimantes DEum saepe in verbo ea si-  
gnificare & præ se ferre, quæ revera nolit & quo-  
rum contrarium intus occulcet. Vid. Beza part. 2  
Respons. ad Acta Colloq. Mompelgart. p. 173.  
Piscat. Disput. contra Schafin. theol. 75. 76. 121.  
Sed hunc errorem notavi supra in Enucl. ora-  
culi XL, not. 4.

Dd 3

4. De

4. Deniq; *πιστὴν* notat incorruptum purum, quò sensu unguentum quò Christus Bethanie fuit inunctus *ἡ ἀρωματική* *πιστήν* adpellatur Marc. XIV, 3. Significatur autem hoc vocabulò verbum DEi esse thesaurum purum & incorruptum, qui nec ab hæreticis corrumpi, nec à falsariis depravari potuit. *Contra modo nominatos Pontificios, fontes esse corruptos non sine blasphemia vociferantes.*

IV. Verbum DEi non tantum est *λογος* *πιστός*, sed etiam *πίσις ἀποδοχῆς ἀξίος* i. e. tale verbum quod dignum ut ab omnibus recipiatur, uti Syrus vertit: dignum Cabalà uti Paulus Fagius exponit existimans Apostolum voce *ἀποδοχῆς* respicere ad Cabalam Judæorum in Annot. ad Paraph. Chaldaic. Deut. V, 27. dignum acceptione & ad probationem. Nam vox *ἀποδοχῆς* acceptionem & adprobationem notat, *contra Rationalistas quibus incredibile videtur Deum justificare impium.*

V. Paulus h. l. se vocat inter peccatores *primum*. *Primum* ob humilitatem: *primum* ob peccatorum enormitatem: *primum* non peccatorum ordine, sed peccatorum multitudines Augustinò interprete serm. de Verb. Apolt. T. 10. & in Eparrat. Ps. 70. *contra nonnullos hæreticos qui referente Thomà lecti. 4. in hoc caput è loco*

*presen-*



presenti ridiculè collegerunt. Ad peccatricem  
 animam, in Paulum fuisse transfusam, ob idq̄  
 verè ipsum dici peccatorem primum.

VI. Quando h. l. Apostolus inquit: Christus  
 venit in mundum *ἀμαρτωλῶς σώσασθαι*, his ver-  
 bis monstrat incarnationis finem, qui est salus  
 peccatorum penitentium. Hinc rectè infe-  
 ritur Filium DEI non fuisse incarnandum, si ho-  
 mo non peccasset, *contra nonnullos Calvinianos,*  
*Pontificios & Socinianos existimantes Christum,*  
*si vel maximè homo non peccasset, tamen fuisse*  
*incarnandum.* Vide Zanch. in Sexium part. 3.  
 lib. 3. cap. 2. Gvilhelmum Bucanura in Instit.  
 Theol. Artic. 10. p. 61. Tanner. in Thom. p. 3. di-  
 sp. 1. Albert. Magn. in 3. Sent. distinct. 26. a. 4.  
 Scot. dist. 3. q. 3. Rupert. Abbat. lib. 3. de Trin.  
 c. 29. Socinum in Prælect. Theol. An. 1609.

Bellarminus quidem heic nostram sen-  
 tentiam arripit, verum nimis dubiè. *Filius Dei*  
*fortasse, inquit, non adsumsisset carnem, si homo*  
*non peccasset.* Eandem buccinam inflat Grego-  
 rius de Valentia Tom. 4. comment. Theol. ic.  
 Thom disput. 1. quæst. 1. p. 79. ubi ita diserit;  
*Rem hanc non satis compertam esse, convenien-  
 tius tamen, probabilius & sapientius statui Chri-  
 stum fuisse non venturum, si homo non peccasset.*

VII. IESUS CHRISTUS venit in mundum pecca-  
 tores salvos facere. E, ex-

E. extra IESUM Christum Dei & Mariæ filium redemptionem & salutem nostram non est querenda quod notandum

1. Contra IUDÆOS extra IESUM Christum alium Mesiam expectantes.

2. Contra PONTIFICIOS non in solo IESU Christo redemptionem & salutem querentes.

VIII. Filius hominis venit peccatores salvos facere. E. erroneum est quod Petrus Abailardy teste Bernhardô Epist. 190. Basius teste Philostrat. in Catal. Hæret. Item Pelagiani docuerunt Christum non ideo venisse in mundum ut nos à peccato, morte & Diabolo liberaret.

IX. Quamvis phrasim ἕξ ἑαυτοῦ, ἢ ἐκ τοῦ πατρὸς etiam de ἡλοῖς ἀνεγέννητος usurpetur Joh. I, 9. I. Joh. IV, 1. tamen Christi divinitatem firmissime probare possumus è locis parallelis in quibus conjunguntur exivisse à Patre, de celo descendisse, in mundum missum esse. Nam rursus & inobedientia non tollunt equalitatem potentie aut essentie, ut loquitur Cyrillus contra Socinianas existimantes Christi divinitatem non simpliciter ex adventu ejus in mundum probari posse. Vid. Ostorod. in Instit. cap. 16. §. 1. Sed claudio rivos & sisto.

### HARMONIAM PATRUM.

Ille justus venit ad nos peccatores, ut ex peccatoribus faceret justos, pius ad nos impios humilis



humilis venit ad superbos, ut ex superbis faceret humiles, inquit *Ambrosius*.

Quandoquidem magnus per totum orbem terræ jacebat ægrotus magnus de cælo venit Medicus. Ipse ægrotus genus humanum st. Medicus filius hominis est, qui venit quærare quod perierat. Totum enim perierat, ex quo peccavit unus, ubi erat totum, periit totum. Sed venit unus sine peccato, qui salvos faceret, Resipiet omnes à peccato. *Christus Jesus venit in mundum peccatores salvos facere.* *Augustinus in serm. de Verbis Apost. T. 10. col. 292.*

Si homo non peccasset, filius hominis non venisset, *Idem. serm. 8. de Verb. Apost.*

Si non fuisset peccatum non necessè fuerat filium DEi agnum fieri, neq; opus fuerat cum in carne positum jugulari, sed mansisset hoc quod in principio erat DEus verbum Verum quoniam introiit peccatum in hunc mundum, peccati autem necessitas propitiationem requirit. Propitiatio autem non fit nisi per hostiam, necessarium fuit provideri hostiam pro peccato, *Origenes hom. 24. in Num.*

Der Phariseer grunzt daß Christus liebe die Sünder/

Do Er doch kommen war/ daß Er die Menschen-Kinder Von



Von Sünden machte frey/und durch  
sein theures Bluth  
Erlöste von dem Tod und von der  
Höllen- Gluth.

Ex Matth. XVIII, 23. 4. 5.

*Est humilis, simplex, infans, & credulus infans:*  
*Sic quog, sis infans simplicitate, fide.*

### ORACULUM SACRUM LII.

1. Pet. II, 1. & 2.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Αποθέμενοι ἔν πάσαν κακίαν καὶ πάντα  
δόλον, καὶ ὑποκρίσιν, καὶ φθόνον, καὶ πᾶσιν  
καταλαλίαν ὡς ἀεργήν τε βρέφη, τὸ λογικῶν  
ἄδολοι γάλα ἐπιποθοῦσι, ἵνα ἐν αὐτῷ ἀύξη-  
σῆτε.

*Versio vulgata.*

Deponentes igitur omnem mali-  
tiam & omnem dolum, & simulationes  
& invidias, & detractiones, sicut modò  
geniti infantes, rationabiles & sine dolo  
lac concupiscite, ut in eo crescatis.

*Versio B. LUTHERI.*

So leget nun ab alle Bosheit/und  
allen